



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

SS. Menodora, Metrodora, Nymphodora, VV. MM. 10. Sept.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

audisset (*Nolite diligere mundum, neque ea quae in mundo sunt*) quasi uni illi dictum esset, exemplo ad eos Anachoretas abiit, qui D. Augustinum emulantur. Ibi facile ostendit, quam mundum mundique omnia odisset. Sacerdos ubi primum litare coepit, è piacularibus flammis umbra adfuit, abduxitque ad immania tormentorum ergastula. Ibi simul haec, simul sociæ umbras omnes patronum sibi NICOLAVM legerunt; pro quibus cum ille ad aram aliquoties dixisset, partem longe maximam à suppliciis absolvit. Sub haec cum eum è cognatis unus aliquis à Religionis amore abducere & mundo iterum conciliare pessimè conciliatus adniteretur, surdum scilicet reperit. At faciles aures invenerunt è caelo vates, qui obiturum felicitter NICOLAVM Tolentini cecinerunt. Eò enim ocyus abiit, stellâ duce, quæ ibi demum constitit, ubi tumulatus postea fuit. Morituro jamjam Christus cum Matre & D. Augustino obvius venit, cum sex ante mortem mensibus quotidie sub noctem Angelorum concentus audisset, manifesto indicio, quem non longè à caelo abeisset. *Ex Surio.*

Vis scire quales De minimus querat ornatus? Habet Prudentiam, Iustitiam, Temperantiam, Fortitudinem, his cali plagiis includere; hec te quadriga velut a rigam Christi ad metam concita ferat: nihil bimonili pretiosius. S. Hieron. ep. 2.

SS. MENODORA, METRODORA,
NYMPHODORA. VV. MM. 10. Sept.

ITerum Virgines Martyres aspicis, hoc est, rosa & candore & purpurâ suâ nobiles, pulcherrima virtutis mixtrâ MENODORA est, METRODORA

10. Sept. VITA SANCTORVM. 445
ea quin
exempli
gustinus
mundum
primum
mbra ad-
sum erga-
ræ omnes
eo quibus
cūm longe
cūm cūm
ore abdu-
concilia-
At faciles
am felici-
s enimo
institut. ubi
Christus
cūm sex
em Ange-
cio, quam
Habent
tudinem;
velut ca-
nilil he
DORA,
10. Sept.
est, roles
cherimia
TRODORA
Off.

& NYMPHODORA sorores & è Bithyniâ oriundæ. Hx quò securior sive ab apertâ vi, sive proditio- ne pudor foret, collem omnes desertum insederunt, munimentum virtutis ingens & propugnaculum. Soli tamen, eti maxime volebant, minime potuerunt esse: virtus enim, ut ferè sit hospites, ex omni loco excivit, & fuere crebra miracula ad convo- candam multititudinem turbæ instar. Sed uti inter spectatores alios admiratores castitas, ita alios ho- fes habet. Inter hos infestissimum Frontonem vi- difies omnibus machinis oppugnare virginitatis ca- strum. At huic animus etiam crevit in pugnâ, au- ditaque inter omnia tormenta una eademque om- nium vox velut tessera pugnantium: Agnosces Chri- stie sponsas tuas coram Patre, quem coram homini- bus neque sanguine fateri erubescimus. Interea ME- NYDORA inter virgas moriendo vincit, & salvum virginitatis scutum patriæ celo ostentat. Sororibus ad demortuæ conspectum etiam animus accedit. Quare post faces ardentes & equuleum METRO- DORA, post uncos ferreos NYMPHODORA vestibus celo geminarunt triumphum, in quo dum corpora in flammas projiciuntur, alia flamma cælo delapsa judicem omnemque tortorum manipulum momen- to in cineres vertit. At ex illis aliis flammis terge- minus cælo Phœnix prodit & vanitatis accusavit, scilicet poëtas unicus tantum esse jurantes. Ex Surio.
Sicut peccati cogitatio decolorat, affectio vulnerat, si consensus omnino animam necat: caueamus ergo cogitationes inutiles, ut animarum nostrarum fa- cies decora permaneat; quod si noxia cogitatio su- bierit, laboremus citius abluerere sordes + quibus nos maculari conspicimus. S. Bern. scim. de car. Cut. &

S. Eu-